



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

18. De collegio puerorum in singulis Cathedralibus instituendo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

VT sanctorum Ordinum à Diaconatu ad Ostiariatum functiones, ab Apostolorum temporibus in Ecclesia laudabiliter receptæ, & pluribus in locis aliquandiu intermissæ, in usum iuxta sacros² Canones reuocentur, & nec ab hæreticis, tanquam otiosa traducantur, illius pristini moris restituendi desiderio flagrans sancta Synodus, omnesque & singulos Prælatos Ecclesiarum in Domino hortatur, & illis præcipit, vt quantum fieri commodè poterit, in Ecclesijs cathedralibus, collegiatis, & parochialibus suæ diœcesis, si populus frequens, & Ecclesiæ prouentus id ferre queant, huiusmodi functiones curent restituendas, & ex aliqua parte redituum aliquorum simplicium beneficiorum, vel fabricæ Ecclesiæ, si prouentus suppetant aut vtriusque illorum, eas fructiones exercentibus stipendia assignent, quibus, si negligentes fuerint, Ordinarij iudicio, aut ex parte multari, aut in totum priuari possint. Quod si ministerijs quatuor minorum Ordinum exercendis Clerici cælibes præstò non erunt, sufficere possint etiam coniugati, vitæ probatæ, dummodo non bigami, ad ea munia obeunda idonei, & qui Tonfuram, & habitum Clericalem in Ecclesia gestent.

Vide Franc. Leon. in thesauro fori Ecclesiæ. p. 1. cap. 4. nu. 19. Sel. in select. Canon. cap. 19. à num. 4.
 1. Nec ab hæreticis tanquam otiosa, &c.] Quod Ordo necessarius sit ad filios spirituales multiplicandos ad Ecclesiæ regimen, docet Sayr. de Sacrament. in genere. lib. 6. cap. 4. quest. 1. versic. alia quatuor Sacramenta.
 2.] Non nisi per constitutos in dictis Ordinibus exercentur.] Irregularem fieri clericum exercendo Ordinem, quem non habet dummodo scienter, & serio, & ex officio ministrat, resoluit Vgolin. de irregularit. cap. 27. Sayr. de censur. lib. 7. cap. 10. num. 1. Soar. tom. 5. disput. 11. sect. 3. num. 22. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 30. num. 191. vers. sexta. Bonacin. de censuris, disput. 7. q. 3. puncto 6. num. 1. quos refero Ego ipse in collectan. ad cap. 1. num. 4. de clerico non ordin. ministr. vbi num. 6. quòd dicitur quis actum aliquem Ordinis exercere solemniter quando actus talis est vt ab alio non possit exerceri, quàm ab eo, qui talem Ordinem habet. Vnde Diaconum alba, & stola indutum, aquam solemniter in Ecclesia ad fontem benedictentem esse irregularem, cum benedictio aque, & illius exorcismus spectet solum ad Ordinem sacerdotalem, tradunt Franc. Leo d. part. 1. cap. 6. num. 13. & Mari. Antonin. var. re-

sol. lib. 3. resol. 16. num. 7. vers. secundus.
 3.] Dummodo non bigami, &c.] Bigamum excludi à clericatu pluribus citatis iuribus firmat Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali, §. 6. num. 1. quem refero de officio, & potest. Episcopi, p. 2. alleg. 49. num. 16.
 4. Ac proinde non posse Ecclesiastica consequi beneficia, tradunt Rebuff. de pacif. possess. nu. 193. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 5. num. 9. Auil. in simili tract. p. 7. disput. 8. dub. 1. Nicol. Garc. de benef. p. 7. cap. 6. num. 1. & 2. Filiuc. tract. 41. de benef. cap. 5. num. 10.
 5. Bigamum effectum bigamia interpretatiua, etiam si ante constitutus esset in Ordine ostianatus, non potest mortua vxore dispensari per Episcopum vt in Ordine suscepto ministrat, tenet Sel. in select. canon. capitul. 19. num. 6. attestans sic fuisse decisum in Feretrana 13. Aprilis 1630.
 6. Vtrum autem & quando possit Episcopus dispensare in bigamia vera, seu interpretatiua, egi late de officio, & potestate Episcopi, part. 2. alleg. 49. num. 22. cum seqq. & ibi citatis addo Aloyf. Ricc. in decis. curie Archiepisc. Neapolit. decis. 331. part. 4. vbi quid dicendum quoad beneficia simplicia, Hieron. Roderic. in compendio quest. Regular. resol. 16. à nu. 12. vbi ostendit an & quando Prælati Regulares possint dispensare cum suis Religiosis bigamis?

a. Capit. 1. 25. dist. cap. acolytus. c. exorcista. c. lector capit. ostiarius, &c. c. Psalmista 24. dist. supra cap. 1. Inno. cent. in Epist. 4. cap. 5.

De Collegio puerorum in singulis Cathedralibus instituendo.

C A P V T XVIII.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Pueri qui in seminario recipiendi.
- 3 Pauperum filij.
- 4 Seminarij quatuor deputatos debet adhibere Episcopus in consilium pro tota temporali administratione.
- 5 Seminarij deputati habent votum consultiuum.
- 6 Consilium duorum Canonorum deputatorum in erectione seminarij non tenetur Episcopus sequi.
- 7 Electio deputati seminarij sufficit fieri per clerum ciuitatis.
- 8 Canonici duo ab Episcopo eligendi pro seminarij regulis & statutis conscribendis, lucrantur distributiones dum ex hac causa absunt.
- 9 Canonici electi ad seminarij administrationem perpetuò illam habere debent, nec remoueri possunt.
- 10 Vnio facta seminario absque consilio eorum quos hic iubentur adhiberi, non valet.
- 11 Vnio seminario nondum erecto fieri non potest.
- 12 Episcopus debet primum ex sua, & Capituli mensa contribuere seminario, & postea cogere alios.
- 13 Abbas habens proprium seminarium, non debet cogi contribuere seminario Episcopi.
- 14 Seminarij in contributione prius detrahenda sunt onera.

Barbos. in Collect. in Concil. Triad.

- 15 Seminarij contributio anticipatè soluenda est.
- 16 A contributione seminarij nullus eximitur.
- 17 Seminario nihil soluitur de distributionibus quotidianis.
- 18 Seminario nihil soluitur de incertis, & de legatis pro celebratione Missarum.
- 19 Hospitalia data in titulum si habeant beneficia annexa, vel redditus Ecclesiasticos pro seminario, contribuere tenentur.
- 20 Non procedit in hospitalibus in quibus sunt bona laicorum.
- 21 Seminario debent contribuere beneficia existientia in diœcesi.
- 22 Beneficiati beneficiorum collationis Monachorum tenentur contribuere seminario si sint intra fines diœcesis.
- 23 Cardinales etiam Commendatarij tenentur contribuere seminario pro Abbatijs, & beneficijs eorum.
- 24 Clerici Camera Apost. exempti sunt à contributione seminarij.
- 25 Confraternitates coguntur contribuere seminario pro his, quæ habent de bonis Ecclesiarum.
- 26 Seminario contribuere tenentur Ecclesiæ seculares, quæ non sunt de mensa monasteriorum.

- 27 *Portio debita seminario ratione beneficiorum exigi potest post unionem eiusdem beneficii factam Regularibus, qui Mendicantium priuileijs gaudent.*
- 28 *Fratres Mendicantes ex redditibus beneficiorum monasterijs annexorum seminario contribuere debent.*
- 29 *Monasteria illa, quæ ad seminarium sui Ordinis contribuunt, de eo quod superest, contribuere tenentur, etiam seminario.*
- 30 *Moniales non coguntur contribuere aliquam subventionem seminario si beneficia non habeant vnica.*
- 31 *Fratres S. Ioannis Hierosol. siue eorum vicarij in Parochialibus Religioni vnitis non possunt compelli ad contributionem seminarij.*
- 32 *Seminarij à contributione eximuntur omnes, & singule persone in beneficijs S. Ioannis Hierosol. existentes.*
- 33 *Beneficia simplicia, cuiuscunque dignitatis fuerint, & qualitatis, possunt seminario vniri.*
- 34 *Beneficia simplicia quæ non possunt seminario vniri.*
- 35 *Vnio facta seminario omnium beneficiorum simplicium non valet.*
- 36 *Seminario vniri non possunt Collegiatarum Canonicatus, quamuis ex consuetudine non obligent ad residentiam.*
- 37 *Beneficia iurispatronatus etiam Ecclesiastici, necnon pertinentia ad prouisionem inferiorum, non possunt seminario vniri.*
- 38 *Beneficia simplicia, quæ per mortem vacant, possunt vniri per Episcopum seminario, licet essent reseruata, seu affecta.*
- 39 *Beneficia Regularia non possunt seminario vniri.*
- 40 *Seminario debita portio ratione beneficiorum exigi potest post unionem eiusdem beneficii factam Regularibus, qui mendicantium priuileijs gaudent.*
- 41 *Beneficia litigiosa vniri non possunt seminario.*
- 42 *Vniones beneficiorum reseruatorum factæ seminario valide sunt, dummodo fierent ante ipsorum vacationem.*
- 43 *Vnio facta seminario de beneficio reseruato est nulla.*
- 44 *Beneficia quæ iam vacauerant in mense reseruato, vel quæ aliàs sunt indubitanter reseruata, non potest Episcopus vnire seminario.*
- 45 *Beneficia si Episcopus seruata forma Concilij seminario vnuerit ante eius vacationem etiam in mense reseruato, vnio debet effectum sortiri.*
- 46 *Cardinalis Episcopus habens indulgentiam potest ante vacationem vnire seminario beneficium, quod obtinet familiaris Pape defuncti.*
- 47 *Beneficia prima vacatura per resignationem simplicem, non autem per conditionalem in fauorem certæ persone, vnire potest Episcopus.*
- 48 *Pensionarius tenetur pro rata pensionis soluere subsidium, & alia onera imposita respectu fructuum beneficii.*
- 49 *Beneficiarius compellendus est pro pensione, quam soluit seminario contribuere, quamuis seminarium erectum esset post pensionis reseruationem.*
- 50 *Seminarij occasione potest taxa pro pensionibus detrabi, & exigi à Titularibus.*
- 51 *Seminario taxam soluere recusantes potest Episcopus punire.*
- 52 *Episcopus an possit auctoritate ordinaria vniones beneficiorum seminario factas dissoluere.*
- 53 *Scholastria conferenda est Doctoribus, vel Magistris, aut Licentiatis in sacra Pagina, aut iure Canonico.*
- 54 *Non comprehendit Scholastrias existentes in loco, in quo minime erigendum est seminario.*

44. Tolet. c. 23. in eundem finem constituit. Genes. 8. Conc. Aquif. gra. cap. 135. Concil. Lateranen. sub Leone 10. sess. 9. de reformatione curie & aliorum.

b. Constit. Alexandr. 1. part. 1. c. 18. & in 2. Later. c. 11.

Cum adolescentium ætas, nisi rectè instituat, prona sit ad mundi voluptates sequendas, & nisi à teneris annis ad pietatem & religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines possideat, nunquam perfectè, ac sine maximo, ac singulari propomodum Dei omnipotentis auxilio in disciplina Ecclesiastica perseueret, sancta Synodus statuit, ^b vt singulæ cathedrales, Metropolitana, atque in maiores Ecclesiæ, pro modo facultatum, & diæcesis amplitudine certum puorum ipsius ciuitatis & diæcesis, vel eius prouinciæ, si ibi non reperiantur, numerum in collegio ad hoc prope ipsas Ecclesiæ, vel alio in loco conuenienti, ab Episcopo eligendo, alere, ac religiosè educare, & Ecclesiasticis disciplinis instituire teneant. ^a In hoc verò collegio recipiantur, qui ad minimum duodecim annos, & ex legitimo matrimonio nati sint, ac legere, & scribere competenter nouerint, & quorum indoles, & voluntas spem afferat, eos Ecclesiasticis ministerijs perpetuo inseruituros. ^b Pauperum autem filios præcipuè eligi vult, nec tamen ditiorum excludit, modo suo sumptu alantur, & studium præ se ferant Deo & Ecclesiæ inseruiendi. Hos pueros Episcopus in tot classes, quot ei videbitur, diuisos, iuxta eorum annum, ætatem ac in disciplina Ecclesiastica progressum, partim cum ei opportunum videbitur, Ecclesiarum ministerio addicit, partim in collegio erudiendos retinebit, aliòsque in locum educatorum sufficet, ita vt hoc collegium Dei ministrorum perpetuum seminarium sit. Vt verò in eadem disciplina Ecclesiastica commodius instituantur, Tonsura statim, atque habitu clericali semper vtentur. ^c Grammatices, cantus, computi Ecclesiastici aliarumque bonarum artium disciplinam discunt, sacram Scripturam, libros Ecclesiasticos, homilias Sanctorum, atque Sacramentorum tradendorum, maximè quæ ad confessiones audiendas videbuntur opportuna & rituum ac caeremoniarum formas ediscunt. Curèt Episcopus, vt singulis diebus Missæ sacrificio intersint, ac saltem singulis mensibus confiteantur peccata, & iuxta confessoris iudicium sumant corpus Domini nostri Iesu Christi, cathedrali, & alijs locis Ecclesiæ diebus festis inseruiant. Quæ omnia, atque alia, ad hanc rem opportuna, & necessaria Episcopi singuli ^d cum consilio duorum Canonice seniorum, & grauiorum, quos ipsi elegerint, prout Spiritus sanctus suggesserit, constituent, eaque vt semper conseruentur, sæpius visitando operam dabunt. Dyscolos, & incorrigibiles, ac malorum morum seminarios acriter punient, eos etiam, si opus fuerit, expellendo, omniaque impedimenta auferentes, quæcumque ad conseruandum, & augendum tam pium, & sanctum institutum pertinere

tinere videbuntur, diligenter curabunt. Et quia ad collegij fabricam instituendam, & ad mercedem præceptoribus & ministris soluendam, & ad alendam iuuentutem, & ad alios sumptus certi redditus erunt necessarij, vltra ea, quæ ad instituendos vel alendos pueros sunt in aliquibus Ecclesijs, & locis destinata, quæ eo ipso huic Seminario sub eadem Episcopi cura applicata censeantur, *§ idem Episcopi cum consilio* duorum de Capitulo, quorum alter ab Episcopo, alter ab ipso Capitulo eligatur, itemque duorum de Clero ciuitatis, quorum quidem alterius electio similiter ad Episcopum, alterius verò ad clerum pertineat: *§ ex fructibus integris mense Episcopalis*, & Capituli, & quaruncumque dignitatum, personatum, officiorum, *¶ præbendarum*, portionum, Abbatiarum, & Prioratum, cuiuscumque Ordinis etiam Regularis, aut qualitatis, vel conditionis fuerint, *¶ & hospitalium*, quæ dantur in titulum, vel administrationem, iuxta constitutionem Concilij Viennensis, quæ incipit, *¶ Quia contingit*, *¶ & beneficiorum quorumcumque*; etiam Regularium, etiam si iuris patronatus cuiuscumque fuerint, etiam si exempta, etiam si nullius diocesis, vel alius Ecclesijs, monasterijs, & hospitalibus, & alijs quibusuis locis pijs, etiam exemptis annexa, & ex fabricis Ecclesiarum, & aliorum locorum, etiam ex quibuscumque alijs Ecclesiasticis redditibus, seu prouentibus, etiam aliorum collegiorum, in quibus tamen Seminaria discentium, vel docentium *¶ ad commune* Ecclesiæ bonum promouendum actu non habentur, hæc enim exempta esse voluit, præterquam ratione reddituum, qui superflui essent vltra conuenientem ipsorum Seminariorum sustentationem, seu corporum, *¶ vel confraternitatum*, quæ in nonnullis locis scholæ appellantur, *¶ & omnium monasteriorum*, non tamen mendicantium, etiam ex decimis quacumque ratione ad laicos, ex quibus subsidia Ecclesiastica solui solent, & milites cuiuscumque militie, aut Ordinis, pertinentibus, *¶ fratribus sancti Ioannis Hierosolymitani dumtaxat exceptis*, partem aliquam, vel portionem detrahent, & eam portionem sic detractam, necnon *¶ beneficia aliquot simplicia*, cuiuscumque qualitatis, & dignitatis fuerint, vel etiam prælimonia, vel prælimoniales portiones nuncupatas, etiam ante vacationem, sine cultus diuini & illa obtinentiū præiudicio, huic collegio applicabunt, & incorporabunt, quod locum habeat, *¶ etiam si beneficia sint reseruata*, vel affecta, *¶ nec per resignationem ipsorum* beneficiorum, vniones & applicationes suspensi, vel nullo modo impediti possint, sed omnino quacumque vacatione, etiam si in Curia effectum suum fortiantur, & quacumque constitutione non obstante. Ad hanc autem portionem soluendam, beneficiorum, dignitatum, personarum, & omnium, & singulorum supra commemoratorum possessores, non modo pro se, *¶ sed pro pensionibus*, quas alijs forsan ex dictis fructibus soluerent, retinendo tamen pro rata, quidquid pro dictis pensionibus, illis erit soluendum, ab Episcopo loci per censuras Ecclesiasticas, ac alia iuris remedia compellantur, etiam vocato ad hoc, si videbitur, auxilio brachij secularis, quibusuis, quo ad omnia & singula supradicta priuilegijs, exemptionibus, etiam si specialem derogationem requirerent, consuetudine etiam immemorabili, quauis appellatione, & allegatione, quæ executionem impediat, non obstantibus. Succedente verò casu, quo per vniones effectum suum sortientes, vel aliter Seminarium ipsum in totum, vel in partem dotatum reperiatur, tunc portio ex singulis beneficijs, vt supra detracta, & incorporata ab Episcopo, prout res ipsa exegerit, in totum vel pro parte remittatur. Quod si cathedralium & aliarum maiorum Ecclesiarum Prælati in hac Seminarij erectione, eiusque conseruatione negligentes fuerint, ac suam portionem soluere detrectauerint, Episcopum Archiepiscopum, Archiepiscopum, & Superiores Synodus prouincialis acriter corripere, eosque ad omnia supradicta cogere debeat, & vt quamprimum hoc sanctum, & pium opus, vbicumque fieri poterit, promoueatur, studiosè curabit. Ratione autem reddituum huius Seminarij Episcopus annis singulis, accipiat, præsentibus duobus à Capitulo, totidem à Clero ciuitatis deputatis.

Deinde, vt cum minori impensa huiusmodi scholis instituendis prouideatur, statuit sancta Synodus Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & alij locorum Ordinarij, scholasterias obtinentes, & alios, quibus est lectiois, vel doctrinæ munus annexum, ad docendum in ipsis scholis instituendos per se ipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneos substitutos ab eisdem scholasticis eligendos, & ab Ordinarijs approbandos etiam per subtractionem fructuum, cogant, & compellant. Quod si iudicio Episcopi digni non fuerint, alium, qui dignus sit nominent, omni appellatione remota. Quod si neglexerint, Episcopus ipse deputet. Docebunt autem prædictis, quæ videbuntur Episcopo expedire. De cetero verò officia, vel dignitates ille, *¶ quæ Scholasteria dicuntur*, non nisi Doctoribus, vel Magistris, aut Licentiatis in sacra pagina, aut in iure Canonico, & alijs personis idoneis, & qui per se ipsos id munus explere possint, conferantur, & aliter facta prouisio nulla sit, & inualida, non obstantibus quibusuis priuilegijs, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

Si verò in aliqua prouincia Ecclesiæ tanta paupertate laborent vt collegium in aliquibus erigi non possit, Synodus Prouincialis, vel Metropolitanus cum duobus antiquioribus Suffraganeis in Ecclesia Metropolitana, vel alia prouincia Ecclesiæ commodiori vnum, aut plura collegia, prout opportunum iudicabit, ex fructibus duarum, aut plurimum Ecclesiarum, in quibus singulis collegium commodè institui non potest, erigenda curabit, vt pueri illarum Ecclesiarum educantur.

In Ecclesijs autem, amplas dioceses habentibus, possit Episcopus vnum vel plura in diocesi, prout sibi opportunum videbitur, habere Seminaria, quæ tamen ab illo vno quod in ciuitate erectum & constitutum fuerit, in omnibus dependeant.

Postremò, si vel pro vnionibus, seu proportionum taxatione, vel assignatione, & in corruptione, aut qualibet alia ratione difficultatem aliquam oriri contigerit, ob quam huius Seminarij institutio, vel conseruatio impediretur, aut perturbaretur, Episcopus cum supra deputatis, vel Synodus prouincialis prouincialis pro regionis more, pro Ecclesiarum, & beneficiorum qualitate, etiam supra scripta, si opus fuerit, moderando

Cap. quia contingit de relig. domibus in ele. lib. 3. tit. 21. cap. 2. supra sess. 7. c. 15. de reform. d. Cap. fin. de mag. & c. cum ex eo. de elect. in 6.

rando, aut augendo, omnia & singula, quæ ad felicem huius Seminarij profectum necessaria, & opportuna videbuntur, decernere, ac providere valeat.

1. **V**ide Archiep. Bononien. siue de Bononiensis Ecclesie administrat. part. 4. sub tit. de seminario pag. 255. cum seqq. Paul. Fusc. de visitat. lib. 1. c. 16. num. 8. cum seqq. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 7. nu. 68. cum seqq. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. seminario, Piafec. in simili praxi part. 2. c. 2. n. 5. pag. 112. & seq. Aloyf. Ricc. in praxi reru fort. Eccles. decis. 484. in 2. edit. alias resol. 380. in 2. edit. & in decision. curie Archiep. Neapolit. p. 4. decis. 196. Monet. de distrib. quotid. part. 3. q. 3. nu. 13. cum seqq. Aldan. in compendio canon. resolut. lib. 1. tit. 18. ex num. 1. Sel. in selectis canonicis c. 10. ex n. 5. metipsum de officio & potest. Episcopi p. 3. alleg. 77. Valenzuel. conf. 22. tom. 1. Petro Bollo in economia Canon. class. 3. c. 5. §. 8. pag. 530. Alzed. de praelectione Episcop. dign. part. 2. cap. 9. num. 49. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 30. num. 47. cum seqq. Navar. in lucerna Regul. verb. seminario, Aluarez de Velasco in tract. de privileg. pauperum part. 1. q. 4. §. 2. num. 127. D. Felician. de Vega ad c. cum non ab homine, d. num. 59. de iudic. & ad cap. cum sit generale num. 51. de foro comp.
 2. **I**n hoc vero Collegio recipiantur, &c. Vide Paul. Fusc. d. cap. 16. num. 14. Zerol. d. verb. seminario §. 3. metipsum d. alleg. 77. num. 34. Et de educatione puerorum multa tradit Lorin. in Acta Apostolorum cap. 7. verb. 22. Narbona l. 31. gloss. 2. à princip. & præcipue num. 4. tit. 7. lib. 1. noue Recopilat. & quod seminaria sunt introducta pro bona & ex emplat educatione & eruditione adolescentium, qui in eis recipiuntur, & pro bono publico diocesum, & Ecclesiarum seruitio, & augmentum diuini cultus, tradunt Petr. Bollo in economia Canon. class. 3. §. 8. pag. 530. Petr. Gregor. de benef. c. 20. num. 14. in fine. Valenzuel. d. conf. 22. num. 41.
 3. **P**auperum autem filios, &c. Dum pauperum filios in seminario recipiendos admonet, non excludit diuites, modo suo sumptu alantur, jta Zerol. d. ver. seminario §. 2. Grammatices, cantus, &c. Vide Zerol. d. verb. seminario §. 4. vbi tradit hos, qui in seminario sunt recipiendi, debere Grammaticam, cantum, & computa aliarumque bonarum artium disciplinam ediscere.
 4. **C**um consilio duorum Canonicorum, &c. Seminarij quatuor deputatos debet adhibere Episcopus in consilium pro tota temporali administratione seminarij, excepta executione, quæ ad solum Episcopum spectat, non tamen tenetur eorum sequi consilium, refert decimum Nicol. Garc. de benef. part. 1. cap. 2. num. 191. Aloyf. Ricc. d. resolut. 380. num. 3.
 5. Seminarij deputati, & alij officiales habent votum consultiuum, non autem decisiuum, Aldan. d. tit. 18. num. 2. vbi attestatur sic fuisse resolutum sub die 11. Januarij 1620.
 6. Consilium duorum Canonicorum deputatorum in erectione seminarij, licet Episcopus teneatur requirere, non tamen tenetur eorum consilium sequi, vt refert decimum Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 46. num. 74.
 7. Seminarij deputati electio sufficit fieri per clerum ciuitatis, & potest Episcopus erigere plura seminaria in illis locis, quæ non fuerunt taxata, vt per Aldan. d. tit. 18. n. 3. vbi asserit ita decisiuum in Lucana 19. Nouembris 1616.
 8. **H**os duos Canonicos ab Episcopo eligendos ad consilium in conficiendis regulis, ac statutis seminarij Clericorum si quando ea de causa sine fraude tempore diuinorum officiorum eos abesse simul cum Episcopo contingat, priuandos non esse quotidianis distributionibus tanquam absentes propter Ecclesie vtilitatem ex officio sibi attributo, resolutum Monet. de distrib. quotid. p. 2. q. 8. num. 17.
 9. Canonicos electos ad seminarij administrationem perpetuo illam habere debent, nec remoueri possunt, nisi ex legitima, & iusta causa, refert decimum Galet. in margarit. a casuum conscient. verb. Canonicus pag. 30. col. 1. Ego ipse d. alleg. 77. num. 31.
 10. **I**dem Episcopi cum consilio, &c. Vnionem factam seminario absque consilio eorum, quos iubet text. in præfenti adhiberi, non valere, resolutum Francisc. Leo d. cap. 16. num. 25.
 11. Vnionem factam seminario nondum erecto fieri non posse, & ad hunc effectum requiri preparationem do-
- mus conductæ, vel emptæ, & introductionem puerorum, censuit Rot. decis. 361. num. 3. cum seqq. part. 2. recent. & in vna Adiacen. beneficij 15. Aprilis 1622. coram Reuerendissima D. meo Coccino Decano, latè prosequuntur Aloyf. Ricc. d. resol. 380. num. 1. Nicol. Garc. de benef. part. 1. cap. 2. num. 193. cum seqq. & admittit Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 7. num. 68. qui licet num. 74. teneat quod cessante fraude vnio facta seminario nondum erecto valeat, quem sequitur Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 248. num. 71. & cap. 358. num. 5. tamen ista sententia, vt aduertit Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 196. in fine, est contra sententiam Rotæ, refero Ego ipse d. allegat. 77. num. 25. Valenzuel. d. conf. 22. num. 3. & ex Aloyf. Ricc. in praxi rerum quotid. par. 3. resol. 417. aduertit D. Felician. de Vega Archiep. Mexican. ad cap. cum non ab homine n. 10. num. 60. de iudic. quod scilicet seminaria, & quorum iuri tantum cepti sunt, absque eo quod absoluti.
- Ex fructibus integris mensis Episcopalis, &c.** Episcopum debere primum ex sua, & Capituli mensa contribuere seminario, & postea cogere alios ad contribuendum suo exemplo, teneo Ego ipse d. alleg. 77. num. 2.
- Seminario contribuere cogi non debet Abbas, qui in suo territorio, & iurisdictione prius seminario propriu exererat, & prouisum retinebat, ita Sel. d. c. 10. num. 7. vbi asserit decimum sub die 30. Martij 1594.
- In contributione seminarij prius detrahendum est totum id, quod ex causa oneris perpetui, puta quarta fructuum, quæ soluitur Camera Apostol. & similibus, soluendum est, vt per Sel. d. c. 10. num. 8. vbi dicit ita fuisse resolutum in Cauens. 17. Nouembris 1629.
- Contributio seminarij anticipatè soluenda est de quadrimestri in quadrimestre, vt per Sel. d. cap. 10. num. 9. vbi refert decimum per S. Congreg. Episcoporum & Regul. sub die 8. Martij 1588.
- A contributione seminarij nullus est exemptus, nisi qui nominatim à Concilio excipiuntur, ita vt Cardinales etiam cogi possint ad contribuendum seminatio de fructibus beneficiorum, quæ habent in diocesi in qua est seminario, Sel. d. cap. 10. num. 11. vbi tenet sic fuisse resolutum sub die 11. Januarij 1601.
- Prebendarum.** Seminario nihil soluitur de distributionibus quotidianis à præbendis distinctis, ita Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. distributiones §. 5. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 7. pro eam num. 170. cum seqq. Monet. de distrib. quotidian. part. 3. quest. 9. num. 14. Ego ipse d. alleg. 77. num. 13. Sel. d. cap. 10. num. 12. vbi refert in vna Lucana 5. Iulij 1628. ad 2. portionem non detrahi ex distributionibus quotidianis pro constructione, & sustentatione seminarij.
- Nec de illis, quæ in incerto, vt in elemosynis piorum & similibus consistunt, prout refert decimum Piafec. in praxi Episcop. part. 2. cap. 2. num. 5. in fine. Et sic nec de emolumentis prouenientibus, & legatis relictiis pro celebratione Missarum, ex Sel. d. c. 10. num. 14. vbi asserit ita resolutum in Cauens. 17. Nouembris 1629.
- Et hospitalium.** Hospitalia data in titulum, vel administrationem, si habeant beneficia annexa, vel redditus, aut prouentus Ecclesiasticos, pro seminario contribuere teneri referunt decimum Zerol. part. 1. verb. hospital. vers. decimum dubium, Aloyf. Ricc. in decis. curie Archiep. Neapol. decis. 196. nu. 67. & 8. part. 4. Ego ipse d. alleg. 77. num. 6.
- Sed non procedere in hospitalibus, quæ administrantur à laicis, & in quibus sunt bona laicorum, quæ data non sunt in titulum, commendam, seu administrationem, refert decimum Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 2. de hospital. num. 13. vbi num. 15. etiam testatur resolutum hospitalia vnus diocesis habens beneficium annexum, quod est alterius diocesis, teneri contribuere pro rata fructuum beneficij annexi seminario, quod est in diocesi in qua situm est beneficium, de quo latè Fusc. d. cap. 16. nu. 10. Et resolutum Thom. Noni. conf. 61. in c. duo sunt, quem refert Stephan. VVeyms ad constitutiones 24. ex antiquo iure desumptas, & per Concil. Trident. innovatas, conf. 16. num. 26. pag. 180. quod hospitali-

- talia huiusmodi, quæ sic gubernantur à laicis, & propriè effecta non sunt Ecclesiastica; nec religiosa, non contineri sub hoc decreto, nec obnoxia esse subsidijs Ecclesiasticis.
21. Et beneficiorum quorumcumque, &c.] Seminario contribuere debent beneficia in diocesi existentia, licet habeant bona in alia diocesi, Aldan. d. tit. 18. num. 16. vbi dicit ita resolutum in Caputageno, 23. Iunij 1586.
22. Seminario contribuere tenentur beneficiati beneficiorum collationis Monachorum si intra fines diocesis sint, Aldan. d. loco num. 17. vbi affirmat decum in Caputageno, 4. Febr. 1593.
23. Cardinales etiam Commendatarij tenentur contribuere seminarijs pro Abbatibus, & beneficijs eorum, iuxta taxam ab Episcopo & deputatis factam ita Aldan. d. tit. 18. num. 5. vbi refert decum in Tudertina 15. Aprilis 1628. & prius in Adrien. 3. Decembris 1622.
24. Clerici tamen Camera Apost. exempti sunt à contributione seminarij ratione beneficiorum quæ obtinent, ita Aldan. vbi supra, referens sic decum per S. Congr. Episcop. in Maceraten. 12. Maij, & in Perusina 17. eiusdem 1604.
25. x. Vel confraternitatum.] Confraternitates, quas nonnulli vocant Scholas, coguntur contribuere seminarijs pro his, quæ habent de bonis Ecclesiarum, & intuitu bonorum Ecclesiasticorum, Sel. d. cap. 10. num. 15. vbi ait ita resolutum sub die 11. Ianuarij 1601. quamvis intra Regularium Ecclesias existant, si redditus habeant Ecclesiasticos, teneri seminarijs contribuere, refero decum. Ego ipse d. alleg. 77. num. 10. Et ideo quæ nulla habent beneficia Ecclesiastica annexa, aut proutus Ecclesiasticos, non debent contribuere, licet alij redditus habeant, quia pro sustentatione seminarij nihil potest detrahi ex redditibus Confraternitatum, & hospitalium, nisi nomine beneficiorum annexorum, Sel. d. cap. 10. num. 16. vbi assentit resolutum in Lucana 5. Iulij 1628. ad 3. 4. & 5. Et Episcopus potest pro contributione seminarij taxare bona Confraternitatum, quatenus sint Ecclesiastica, ex Sel. citato loco, vbi assentit resolutum in Signina 18. Novembris 1618.
26. Seminario contribuere tenentur Ecclesiæ seculares, quæ non sunt de mensa monasteriorum, tamen ad eorum institutionem, & collationem pertineant, ex Aldan. d. tit. 18. num. 6. vbi dicit decum in Caputageno, 23. Ianuarij 1583. & 4. Februarij 1593.
27. Portio debita seminarijs ratione beneficiorum exigi potest post unionem eiusdem beneficij factam Regularibus, qui Mendicantium privilegijs gaudent, Sel. d. cap. 10. num. 18. vbi assentit resolutum sub die 21. Iulij 1629.
28. Fratres Mendicantes ex redditibus beneficiorum monasterijs annexorum seminarijs contribuere debent nec obest quod pretendant se exemptos, quia videlicet in illis lectiones Grammaticæ, & conscientie casuum, pro audiendis confessionibus quotidie habeantur, quia non sunt ob id exempta, sed tantum eius impensæ habendam esse rationem, quæ ante Concil. fieri solebat pro salarijs horum lectorum, & ea tanquam æs alienum detrahenda, tenetur tamen ex reliquo ad contributionem seminarij ad ratam, ita Sel. d. cap. 10. num. 19.
29. Monasteria illa, quæ ad seminarium sui Ordinis contribunt, de eo quod superest contribuere tenentur, etiã seminarijs Episcopi, Sel. d. cap. 10. num. 19. vbi refert decum in Monasterien. 7. Septembris 1630.
30. Moniales non coguntur contribuere aliquam subventionem seminarijs, si beneficia non habeant vnita, Sel. d. cap. 10. num. 19. vbi assentit sic fuisse decum in Hieracen. de anno 1593.
- Mendicantium nomine qui veniant dixi latè in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. appell. 233.
- u. Fratres S. Iohannis Hierosol. duntaxat exceptis.] Refert Gonzal. ad reg. 3. Cancel. gloss. 8. num. 53.
31. Fratres S. Iohannis Hierosol. siue eorum Vicarij in Parochialibus Religioni prædictæ vnitis, & ab ea depen-

dentibus non tenentur, neque compelli possunt ad contributionem seminarij, neque ad solutionem Cathedralici Synodatici, siue charitativj subsidij, Sel. d. cap. 10. num. 20. vbi testatur sic fuisse resolutum in Augustana 4. Decembris 1630.

Omnes enim & singulæ personæ in beneficijs S. Iohannis Hierosolymitani quomodolibet existentes à seminarij clericorum contributione in qualibet ciuitate iuxta facti Concilij decretum erecti, seu erigendi eximuntur per Bullam Gregorij XIII. incip. Quo magis, sub die 23. Marij 1580. relata inter privilegia Religionis pag. 57.

Beneficia aliquot simplicia, &c.] Beneficia simplicia, cuiuscumque dignitatis fuerint, & qualitatis, posse seminarijs vniri, vt commodè regi valeat, sine tamen præiudicio obtinentium, etiam si essent affecta, aut in curia effectum fortiterentur resoluunt Puse. d. cap. 16. num. 9.

Non posse tamen simplicia beneficia ad collationem inferiorum spectantia, neque Canonicatus, neque beneficia iurispatronatus etiam Ecclesiastici, neque beneficia Sedi Apostolicæ reservata post illorum vacationem neque præterea vacantia in mense reservato per Episcopum seminarijs vniri, referunt decum Mollæ in sum. Theolog. moral. tract. 6. cap. 14. à num. 62. Franc. Leo in thesauro fort. Eccles. part. 2. cap. 16. num. 23.

Verùm vnio facta seminarijs omnium beneficiorum simplicium non valet, vt referunt decum Aloyf. Ricc. in praxi verum fort. Eccles. decis. 492. & 720. in 1. edit. alias res. sol. 383. num. 4. & res. sol. 610. num. 10. in 2. edit. Mollæ, d. cap. 14. num. 60. Ego ipse d. alleg. 77. num. 29.

Seminarijs vniri non possunt Collegiatarum Canonicatus, quamvis ex consuetudine non obligent ad residendum, quia Concil. in præfenti non loquitur de his beneficijs simplicibus, Sel. d. cap. 10. num. 21. vbi refert sic fuisse decum per S. Congr. Episcop. in Aquilana 27. Marij 1590.

Beneficia iurispatronatus etiam ecclesiastici, necnon pertinentia ad provisionem inferiorum, residentiam, requirementa Regularia, & quæ commendata sunt, seu monasterijs vnita, aut annexa, vniri non possunt, vt refert decum Nicol. Garc. de benef. part. 12. cap. 2. num. 210.

Beneficia simplicia, quæ per mortem vacant, possunt vniri per Episcopum seminarijs, licet essent reservata, vel affecta, nisi tamen alia beneficia, quæ iam vacassent in mense suo, scilicet Episcopi prædicti, & quorum collatio ad ipsum spectabat, non seminarijs vnitiisset, sed alijs contulisset, vel eandem vnionem factam non continuo enuntiasset, etenim si beneficia in suis mensibus vacantia non vnuerit, nec vacantia in mensibus reservatis vniri poterit, cum fraus in hoc censeatur, vt refert decum Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 104.

Beneficia Regularia siue dantur in titulum, siue in Commendam, non possunt seminarijs vniri; siue vero si statum mutauerint, Sel. d. cap. 10. num. 23. vbi assentit resolutum in Caputageno, 26. Iulij 1586.

Seminarijs debita portio ratione beneficiorum exigi potest post vnionem eiusdem beneficij factam Regularibus, qui Mendicantium privilegijs gaudent, Sel. d. cap. 10. num. 25. vbi sic refert decum sub die 21. Iulij 1629.

Regulam 12. Cancellariæ reuocatoriã vnionum, non procedere, nec habere locum in vnionibus factis seminarijs, resoluunt Flamin. de resignat. lib. 2. q. 9. num. 18. & seq. Gonzal. ad reg. 3. Cancel. §. 7. gloss. 5. num. 46. & seq. dicens quod seruantur, & excipiuntur vniones, quæ sunt pro fundatione, dotatione, augmento, vel confirmatione Collegiorum, & piorum locorum, & Religiosorum ad Fidei Catholice defensionem, & propagationem, bonarumque artium cultum, refert Valenz. d. consil. 22. nu. 54. & 55.

Etiam si beneficia sint reservata.] Non tamen concedit facultatem vnionem litigiosa, quia aliud est beneficium reservatum, aliud litigiosum, vt per Nicol. Garc. de benef. p. 1. c. 5. nu. 155. in puncto Rot. in Cordubon. præfimonij 13. Ianuarij 1623. coram bona mem. Patriarcha Manz. ueneto.

Vniones beneficiorum reservatorum valide sunt, modo factæ fuerint ante ipsorum vacationem, seruata forma à Concil. Trident. præscripta, vt refert decum Nicol.